et mali eum videant iudicantem. qꝛ filiꝰ
hominis eſt. Viſio quippe filij hominis.
exhibetur et malis. Nam viſio forme di
nõniſi mundiſcorde. qꝛ ipſi deum vide=
bunt. id eſt ſolis pijs. quoꝝ dilectioni
hoc ipm̄ promittit. qꝛ ſeipm̄ oſtendet il
lis. et ideo vide quid ſequatur. Nolite
mirari hoc inquit. Quid nos prohibet
mirari. niſi illud qđ reuera miratur. om
nis qui nõ intelligit. ut ideo diceret pa
trem dediſſe ei poteſtatem iudiciũ face=
re qꝛ filius hoīs eſt cum magis quaſi
hoc expectaret ut diceret. qm̄ filiꝰ dei ē
ſed qꝛ filiũ dei ſcd̄m id qđ in forma dei
equalis eſt patri videre iniqui nõ poſ=
ſunt. Oportet aũt ut iudicem viuoꝝ et
mortuoꝝ cum coraꝫ iudicabunt et iuſti
videant et iniqui. Nolite inquit hoc mi
rari. qm̄ venit hora in qua oīes qui in
monumentis ſunt audient vocem eius.
et prodient qui bona geſſerunt in reſur
rectionẽ. qui mala geſſerunt in reſurre=
ctionẽ iudicij. Ad hoc ergo oportebat
ut ideo acciperet hanc poteſtatẽ. qꝛ fi=
lius hominis eſt. ut reſurgentes omnes
viderent eum in forma in qua videri ab
hominibꝰ poteſt. ſed alij ad damnatio
nem. alij ad vitam eternã. Que aũt vita
eterna. niſi illa viſio que nõ conceditur
impijs. ut cognoſcant te inquit vnũ ve=
rum deum. et quẽ miſiſti ihm̄ xp̄m. Quo
modo et ipm̄ ihm̄ xp̄m. niſi queadmodũ
vnũ verũ deum qui oſtẽdet ſeipm̄ illis.
nõ quomõ oſtendet ſe etiã puniendis in
forma filij hoīs? ſcd̄m illã viſionẽ bo=
nus eſt. ſcd̄m quã viſionẽ deus apparet
mundiſcorde. qm̄ q̃ bonꝰ deus iſrahel
rectiſcorde. Quã aũt iudicem videbunt
mali nõ eis videbitur bonus. qꝛ non ad
eum gaudebunt corde. ſed tunc ſe plan
gent oīes tribus terre. in numero vti=
qꝫ oīm maloꝝ et infideliũ. ꝓpter hoc eti
am illi qui eum dixerat magiſtrũ bonũ
querens ab eo cõſiliũ conſequende vite
eterne. rñdit. Quid me interrogas de
bono? nemo bonus niſi vnus deus. cum
et hominẽ alio loco dicat bonũ ipſe dñs.

Bonus homo inquit de bono theſauro
cordis ſui profert bona. et malus homo
de malo theſauro cordis ſui profert ma
la. Sed qꝛ ille vitam eternã querebant
Vita aũt eterna eſt in illa cõtemplatio
ne. qua nõ ad penam videtur deus. ſed
ad gaudiũ ſempiternũ. et nõ intellige=
bat cum quo loquebatur. qui tantũmõ
filiũ hoīs arbitrabat̃. quid me inter=
rogas inquit de bono. id eſt iſtaꝫ formã
quã vides quid interrogas de bono. et
vocas me ſcd̄m qđ vides magiſtrum bo
num. hec forma filij hoīs eſt. hec for=
ma accepta eſt. hec forma apparebit in
iudicio. non tantũ iuſtis. ſed et impijs.
et huiꝰ forme viſio non erit in bonũ eis
qui male agũt. Eſt aũt viſio forme mee
in qua cum eſſem. non rapinã arbitratꝰ
ſum eſſe equalis deo. ſed ut hanc acci=
perem meipm̄ exinaniui. Ille ergo vnꝰ
deus pater et filius et ſpiritus ſanctꝰ.
qui nõ apparebit niſi ad gaudiũ qđ non
auferetur a iuſtis. cui gaudio futuro
ſuſpirabat qui dicit. Vnam petij a dño
hanc requiram. ut inhabitem in domo
dñi ꝑ omnes dies vite mee. ut ꝯtempler
delectationẽ dñi. Vnus ergo deus ipſe
eſt ſolus bonus. ad hoc. qꝛ nemo eũ vi=
det ad luctum et planctum. ſed tantũ
a ſalutem et leticiam veram. Scd̄m illã
formã ſi me intelligis. bonus ſum. Si
aũt ſcd̄m hanc ſolam. quid me interro
gas de bono. ſi inter illos es qui vide=
bunt in quem pupugerunt. et ipſa viſio
malum eis erit. qꝛ penalis erit. Ex iſta
ſentẽtia dixiſſe dñm quid me interrogas
de bono nemo bonus niſi vnꝰ deus. his
documentis que ꝯmemoraui probabile
eſt. qꝛ illa viſio dei qua cõtemplabimur
incõmutabilẽ atqꝫ humanis oculis inui=
ſibilem dei ſubſtantiã que ſolis ſanctis
promittitur. quã dicit apoſtolus iohan
nes. Similes ei erimus qm̄ videbimus
eum ſicuti eſt. et de qua dicitur. vnam
petij a dño hanc requiram. ut cõtem=
pler delectationẽ dñi. et đ qua dicit ipſe
dñs. et ego diligam eum et oſtendam